



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

Reverendiss. Atque Illvstriss. Principi Ac Domino, Domino Ioanni
VWilhelmo, Duci Iuliacensi Cliuensi & Montesi &c. Postulato ac
administratori Episcopatus Monasteriensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

REVERENDISS.

ATQUE ILLVSTRIS.

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI

VVilhelmo, Duci Iuliacensi Cluensi & Montensi &c.

Postulato ac administratori Episcopatus Mo-

nasteriensis. Domino suo clementis-

simo. S. D.

DVO sunt Reuerendiss. atque Illustrissime Prin-
ceps Domine clementissime, quibus rerum publi-
optimus status conseruatur, pax terrena & cele-
stis continetur. Harum enim prior sit, ut ciues
inter se aequabili iure deuincti, nullis dissensionibus mutua-
am quietem interrumbent, neque cum vicinis vlla funesta
odia exerceant. vnde consequitur agricultura & mercat-
tura florentibus magnam opum accessionem fieri. leges
que inter arma silent, suum vigorem retinere. & quorum
in bello esset magna impunitas, illa suppliciorum atrocitate
ex repub. profligari. Altera pax, quam celestem meriti-
to appellandam duximus, fit, ut humana criminum suorum
reatu solutus, ac prateritorum omnium, quoad eius in ten-
tis huius vite tenebris fieri potest, securus, veraque religio-
ne deum colens spe firma aeternam felicitatem apprehen-
dat, & innumera sacula inexplicabilem gaudiorum sibi
expectanda proponat. Prioris illius pacis procuratio terre-
nis principibus maxime demandata est, posterioris ecclesi-
astico magistratui. At tamen ut ecclesiasticus ordo dum
pietatis curam gerit, non parum quoque terrenam pacem
promouet, ita princeps dum terrena paci conseruande in-
uigilat, etiam non exigua ad celestem prouehendam mo-
menta asferre potest. Si verum est pietate salua etiam hu-

mana

mana iura non violari, non minus quoque verum est, ma-
iori auctu pietatem succrescere, cum per tumultus publicos
Euangelij successus non impeditur. Si ecclesiastica boni mo-
res pondus addunt doctrina eius, mali vero etiam alias
probata fide detrahunt, multo magis principum philoſophia
subditorum animos ad pietatem incitare, & religionis contem-
ptus a rerum diuinarum studio auocare potest. Ita enim se res
habet, ut Nazianzenus oratione prima in Iulianum dixit,
το ῥῆγμα τῆ βασιλείας, ἰοῦ & ὅτι ἄρχαφ.

Augustus quia litteras amabat, ideo per tempus imperij ip-
sius omni plena eruditus fuisse. Nero quia musica impense
deditus erat, usque adeo ut cum imperio delectus atque hostis
a senatu iudicatus esset, Alexandriam proficisci cogitaret,
atque ibi Musico quasi vitam tolerare, cytharæ alijque
cæcandi artificibus Romam impleuit. Commodus quia
gladiatoriam artem, supra quam decebat imperatorem,
adamat, gladiatorum suo saculo ingentem prouentum
dedit. At ne quis populum non perinde pietatis aut im-
pietatis, quæ in principe cernit, æmulum esse atque cetero-
rum eius morum existimet, cogitandum est non ante po-
tuisse idololatriam et hunc funditus extirpari, quam
Imperatores ipsi Christo velut unico mundi sospitatori suos
fascēs submitterent. Tunc enim si quos cæcæ mundana
pompe phantasia in errore tenuisset, ut solent carnales ho-
mines externo splendore maxime commoueri, cum cru-
cem in ipsis regum frontibus conspicui essent, primum ali-
quid magis de Christo domino nostro cogitare potuerunt.
Post obitum vero Constantini magni & filiorum eius, cum
Iulianus apostata imperium occupasset, rursus inclinare
cepit res Christiana, quia ut illis principibus horridum fuerat
Christianum & esse & appellari, ita Iuliano imperante
Christianus populus sub Galilæorum nomine visus erat.

Nec intra maledicta & irrisiones eorum constitit impro-
bitas, qui cum principe sibi etiam religionem mutandam
esse decernebant: verum nec Iulianus nullam de necandis
Christianis legem tulisset, nec ante statuisset ad vastandam
ecclesiam animū adycere quam a Persico bello reuerteret:
tamen quia vulgo perspectum erat se non ingratiū suo
principi facturum, si non expectato eius iussu manus violen-
tas in nostros ingerent, idcirco multa per impetum popu-
larem in Christi ouiculas edita crudelitatis exempla. At si
vlla alia, nostra certe aras multa documenta suppeditat, ex
quibus planum sit quantum in vitæque partem momenti
habeat principum voluntas, quando cernimus in tot Euro-
pæ prouincijs cum principe mutato plerosque suditorum
iam aliquoties fidem mutasse, & verissimos temporis ser-
uos effectos esse. Cuius rei cum haud ignara sit ecclesia, ex
more maiorum in vnicō sacrificio quod in commemorati-
onem mortis Christi sponsi sui Deo patri per suos ministros
offert, vult non solum antistitum ecclesiasticorum, sed &
principum eius loci in quo sacrificium peragitur nomina-
tim mentionem fieri, vt quisque Christianus dum secum
reputet quantū presidij vera religio in principe repositum
habeat, tum votis ad Deum, tum alijs modis pro sua virili
hoc agere debet, vt principes nanciscamur & pietate in
Deum ardentēs, & studio prouehenda ecclesia inflamma-
tos. Cum vero inter cetera quibus potentum animi in vera
religione confirmari possunt, non postremum locum obti-
neant libri in hoc a viris doctis ac pijs conscripti, vt officia
& limites tam sacri quàm prophani magistratus expli-
cent, qualis est, hic Thesaurus religionis Christiana: insig-
nem ecclesia & religioni operam nauare cōsentiunt, qui
libros eiusmodi aut nouos ipsi cudunt, aut non satis novos
quàm latissime diuulgant. Itaque cum viderem hunc The-
saurum

saurum dignum, qui omnium, & precipue magnatum ma-
 nibus teratur, nunquam in Germania excusum, imo vix
 notum Germanis esse, hoc me ecclesie & verae religioni de-
 bere existimaui, ut mea opera hic liber in Germania vul-
 gatus omnium manibus euolueretur. Tuae vero Celsitudinis
 Princeps illust. hunc nostrum laborem inscripsimus, quod
 isti muneri potissimum prater cetera mihi commendata &
 comissa parentis tui illust. Domini mei clementissimi vo-
 luntate mancipatus sim, ut non solum rerum politicarum
 cognitione, sed & verae pietatis doctrina imbuita, paterni
 subditi aliquando faustus acclamationibus dignum tali pa-
 tre filium excipiant, & aures attentionibus laeti inaugurent.
 Tu si pro solita tua clementia, & humanitate hoc nostrum
 officium equi bonique consulueris, ad maiora aggredieris, cal-
 ceas addideris es. Deus optimus Maximus Tuae Cel. Eccle-
 siae ac Reipub. Christianae diu sanam atque incolumem con-
 seruet, omniaq. felicia ac fausta largiatur & concedat.
 Datum Colonia 2. Februarii. Anno M. D. LXX XVI.

Tuae Celsitudinis

Humilissimus Clientis

Theodorus Graminaeus
 LL. L. ac Philosophiae
 Doctor &c.

TABV.

